



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

17. In festo natiuit. B. Virg. de genealogia Christi. Matt. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

corporali spiritualiue laborat, ac piis
 ribus rationeque; viuendi tota tam bono
 exemplum præbeas, vt tua consuetudo
 oblectentur, & intelligant virtutem
 exire, id est, sibi tuam doctrinam & con-
 sationem ad salutem animæ prodesse

3. Considera S. Bartholomæum discipulum
 maximè virtutibus nunc commemoratis
 excelluisse. nam primò centies inter
 centies noctu scribitur flexis genibus
 orare solitum. Deinde in citeriore
 Lycaonia & Armenia Euangelium
 dicauit, & virtutes suas omnibus, de
 sanguinem pro Christo profunderet,
 bavit.

IN FESTO NATIVITATIS
 B. V. MARIÆ.

De Genealogia Christi. Matth. 1.

1. LIBER Generationis Iesu Christi filij
 iud, filij Abraham. Abraham genuit
 Isaac. Isaac genuit Iacob. Considera quam
 erit B. Virg. nobilitas, maiores enim
 fuerunt, & splendore generis inde à Pa-
 trarcha Abraham, & veræ sapientiæ ac re-
 ligionis opinione, & sanctitate ac virtutu-
 stantia in toto mundo illustrissimi, C

bus Deus visibiliter legem dedit, & familiariter locutus est, & in omnibus rebus semper auxilio fuit. 2. considera B. Virginē suis virtutibus progenitoribus maiorem conciliasse splendorem, quam ab illis acceperit, vnde sicut prætiola gemma annulo aureo inserta, auget eius splendorem, sic naturæ gratiæque dotes totam eius stirpē elatiorem reddiderunt.

Iacob genuit Ioseph virum Maria, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. considera Euangelistam post tot Patriarchas, Prophetas, & Reges nominatos (vt indicaret omnium virrutiū & perfectionū summam) nominasse Mariam Virginem Dei matrem, qua nihil sublimius dici potuit. Quid enim sanctius illa esse potuit vel debuit, ex qua prodiit Sanctus sanctorum Iesus, conditor & saluator mundi? 2. considera eam non solum esse natam matrem Iesu, sed etiam nostram: nam postquam Iesus ex illa natus, nascendo fuit factus noster frater, illa pariter facta est nostra mater, mater inquam gratiæ, quia nobis per filium suum esse spirituale gratiæ comparavit. mater misericordiæ, quia materno pietatis affectu conatur nobis in omnibus auxiliari, & maxime in hora mortis adesse.

M ; CON-

8. Considera quantam letitiam eius ortu attulerit toti mundo. Et primo angelis vident natam illam quæ eorum ruinas restauratura 2 hominibus tunc limbi cæci inclusi, dum intelligant aliquam finem fore suæ captiuitatis. 3. eius partibus Ioachim & Annæ, quod filium edidissent, quæ futura erat mater Dei. 4. omnibus peccatoribus, non solum quia ipsa prima fuit quæ nasceretur immunis ab omni peccato etiam originali, sed quia patrona & aduocata futura erat omnium peccatorum. 5. toti Ecclesiæ sanctæ, quia sponsa eius parens nata est, regina mundi, fœdera cœli, porta paradysi, scala ad cœlum, pertingens stella matutina: stella illa, qua dixit Propheta. *Orietur stella ex Iacob.*

Num. Exultemus ergo & dicamus cum Ecclesiæ
 24. **NATIVITAS tua Dei genetrix Virgo gaudio**
annunciauit uniuerso mundo, ex te enim
natus est Sol iustitiæ Christus Deus noster, qui
soluens maledictionem & confundens
mortem, donauit nobis vitam
sempiternam.